

Kirchliches Verordnungs-Blatt

für die

Lavanter Diöcese.

Inhalt: I. Decretum Papae Leonis XIII. de sexto Centenario Translationis almae domus Lauretanae. — II. Ordination und Ordinanden. — III. Erlaß der k. k. Statthalterei, betreffend die Legalisirung von Dokumenten russischer Staatsangehöriger. — IV. Einladung zur Theilnahme an dem sozialen Unterrichtskurse. — V. Diöcesan-Nachrichten.

I.

De sexto Centenario Translationis Almae Domus Lauretanae.

LEO PP. XIII.

UNIVERSIS CHRISTIFIDELIBUS PRAESENTES LITTERAS INSPECTURIS SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Felix Nazaretana Domus, in qua, designatam Dei Matrem Angelo salutante, *Verbum caro factum est*, inter sacerrima christianae fidei monumenta habetur merito et colitur, idque complura illustant Decessorum diplomata et acta, munera et privilegia. Quae uti testantur Ecclesiae fasti, simul ac in Italiam ad Picentes, benignissimo Dei consilio, mire translata est atque in collibus Lauretanis ad venerandum patuit, in se continuo pia omnium vota et studia convertit tenuitque saeculorum decursu incensa. Commemorabile quam frequentes undique magnificaeque peregrinationes sint eo loci deductae; quam splendide inaedificata ibidem Basilica, ornamentis artium sacrique cultus dignitate pernobilis; quam fauste circum, altera velut Nazareth, urbs nova in Virginis tutela succreverit. Auxerunt religionem loci et adeuntium aluere fiduciam plurima eaque permagna publice ac privatim beneficia, quibus inde tamquam ex perenni fonte, profusis, invocatum Mariae nomen ita Deus extollere consuevit, ut ibi quam praeclarissime eveniat de ipsa oraculum: *Beatam me dicent omnes generationes*. Quorum memor gratia beneficiorum a summis aequae ac ab infimis industria amoris multiplici declarata, videre et lactari licet ut in coronam gloriae capiti eius pulherrimam quotidie efflorescat.

Nobis autem, qui iam pridem, in alma ipsa Domo venerabundi, divinae Matris sensimus beneficia, nunc eo vel gratius accedit, quod consilio praecipue et navitate egregia Venerabilis Fratris Episcopi Recinetensis et Lauretani, alacritas quaedam animis late incessit ad solemnia singularia in Decembrem proximum apparanda, sexto nimirum excedente saeculo, quum thesaurus ille in sinu Ecclesiae depositus auspiciatissime est. Compertum sane habemus de propositis operibus propterea inchoatis, iamque munifica aemulatione provectis, eo praesertim ut Basilicae decor pristinus renovetur, amplificetur. Quibus Nos et adsimilibus rerum coeptis eorumque fautoribus laudem meritam impertientes, occasionem libenter capimus ut religionem fidelium erga terrestre Familiae Sacrae domicilium peractaque in eo mysteria impensius excitemus. Intelligant omnes, Itali in primis, quale illud a Deo sit donum, et quanta sive providentia ab indigno dominatu ereptum, sive caritatis significatione ipsis oblatum. In ea nempe beatissima sede initia humanae salutis dedicata sunt, magno et admirabili mysterio Dei hominis facti, reconciliantis genus perditum Patri et instaurantis omnia: quod quidem bonitatis tantae laetitiaeque mysterium materna Ecclesiae cura ter quotidie rite admonet recolendum. In eiusdem tenuitate recessus illa domesticae vitae et coniunctionis exempla, spectaculum angelis, florere, ad quae familias omnes revocare et componere haud semel Nosmetipsi, consociatione quoque in eam rem instituta, studuimus. Ex

eo ipso augustiore sacrario ingens divinae gratiae copia et vis sanctimoniae in Ecclesiam profluxit; ibique insignis Caelitum numerus virtutis eximiae flammās vel conceperunt primitus, vel ad excellentiam acuerunt.

Quod igitur religiosissimis patribus extitit fidei decus et adiumentum, desiderium pietatis et gaudium, praesidium optimum divinae exorandae misericordiae, maneat ipsum aetati nostrae, maxime quum, inclinatis omnibus perturbatisque rebus, nusquam ei, nisi a religione, queri possit firmamentum certum et allevatio. Per sacra vero saecularia Lauretana, quae incidunt opportuna, fideles universi, et suae ipsorum pietati et cohortationi Nostrae obtemperantes, gratam animorum laetitiam et summam spem Christo Domino Sanctissimaeque Matri et Custodi providentissimo, quibus possint modis, probare contendunt; in qua omnibus Italos antecellere aequissimum est. Ita optato fiat, ut singularis pietatis suae sigularia emolumenta et sibi suisque percipiant, et, quod potissime expetendum, impetrent Ecclesiae, temporibus conflictatae tam asperis. Iamvero Nobis, haec etiam de causa, et peculiari celebritate rei considerata, visum est rogationem eiusdem Venerabilis Fratris admittere, ut saecularia ipsa solemnia muneribus sacrae indulgentiae augeamus extra ordinem et decoremus.

Itaque de Omnipotentis Dei misericordia ac Beatorum Apostolorum Petri et Pauli auctoritate confisi, firmis integrisque manentibus privilegiis et gratiis a Decessoribus Nostris Basilicae Lauretanae tributis, Nos plenissimam peccatorum omnium indulgentiam et remissionem in forma Iubilei concedimus eis omnibus christifidelibus, qui intra spatium temporis, quod est a Dominica prima Sacri Adventus huiusce anni ad Dominicam inclusive Sanctissimae Trinitatis anni proximi, haec quae infra scripta sunt perfererint. Basilicam Lauretanam ter adeant vel diebus distinctis vel uno eodemque die, ibique aliquamdiu pro libertate et exaltatione Sanctae Matris Ecclesiae, pro pace et unitate populi christiani, pro conversione peccatorum, pias ad Deum preces secundum mentem Nostram effundant; iidem uno die esurialibus tantum cibis utentes ieiunent, praeter dies ieiunio simili ex praecepto Ecclesiae consecratos; praeterea peccata sua rite confessi sanctissimum Eucharistiae sacramentum suscipiant atque eleemosynae nomine in pium aliquod opus quidquam conferant. Quam indulgentiam etiam animabus, quae Deo in charitate coniunctae ex hac vita migraverint, per modum suffragii applicare posse tribuimus. Incolis autem utriusque dioecesis Lauretanae et Recinetensis, quicumque sint, qui iusta aliqua causa impediuntur quominus iniuncta opera vel eorum aliqua praesent, indulgemus ut ea confessarii in alia pietatis opera commutent. Iis vero, qui adveniant peregre, id est a regionibus extra utramque ipsam dioecesim, indulgemus ut praescriptum ieiunium eadem suppleat peregrinatio. Facimus etiam potestatem confessariis dispensandi super communionem cum pueris nondum ad eam admissis. Insuper confessariis omnibus legitime approbatis, in utraque tantum memorata dioecesi, hoc durante tempore et ad effectum Iubilei lucrandi, omnes illas facultates largimus quas tribuimus per litteras Apostolicas *Pontificis maximi*, datas die XV. mensis Februarii an. MDCCCLXXIX, iis tamen omnibus exceptis, quae in iisdem litteris excepta sunt. Denique in spiritualem utilitatem universorum christifidelium eo ipso dumtaxat temporis spatio, concedimus omnibus et singulis, qui Litanias Lauretanas pie recitaverint, indulgentiam septem semel in die; plenariam vero iis qui easdem pie recitaverint quotidie per mensem, modo sint rite confessi et sacra communionem refecti, ceterisque de more conditionibus expletis: item concesso, ut haec quoque indulgentiae in suffragium cedant animabus purgatorio addictis.

Volumus autem ut praesentium litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis, manu alicuius notarii publici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsum adhibeatur fides, quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XXIII. Ianuarii MDCCCXCIV, Pontificatus Nostri anno decimo sexto.

L. † S.

Pro Dno CARD. SERAFINI
Nicolaus Marini, *Substitutus*.

II.

Ordination und Ordinanden.

Die höheren hl. Weihen werden heuer ertheilt werden im Monate Juli und zwar: das Subdiaconat am 21., das Diaconat am 23. und das Presbyterat am 25. Juli.

In Gemäßheit der Anordnung des hl. Concils von Trient (sess. 23. c. 5.) und unter Hinweisung auf die Avaranter Erlässe vom 5. Juli 1854, Nr. 1022 und 31. Mai 1855, Nr. 1043 (Lav. Kirchl. Verordnungsblatt 1854, Nr. III. und 1855, Nr. IV.) werden hiemit die heuer zu den höheren hl. Weihen zu befördernden F. B. Avaranter Priesterhaus-Alumni zu dem Zwecke namhaft gemacht, daß dieselben am neunten Sonntage nach Pfingsten mit der Aufforderung bekannt gegeben werden, Gott um gute, berufstreue Priester zu bitten und, falls Jemand gegen einen oder den andern der Ordinanden mit Grund etwas vorzubringen hätte, es nicht zu verhehlen.

Ordinanden des IV. Jahrganges: Čemažar Johann aus Selee in Krain; Janžekovič Jožef aus Polensak; Končan Fortunat von Sachsenfeld; Kovačič Franz aus Wernsee; Pirtovšek Martin von St. Martin an der Paf; Presker Karl aus Felsdorf; Rožman Alois von Luttenberg; Šijanec Alois von hl. Kreuz bei Luttenberg; Šket Michael von hl. Kreuz bei Sauerbrunn; Schlamberger Lorenz von Haidin; Trstenjak Ernst aus Luttenberg und Zernko Kaspar von hl. Kreuz bei Marburg.

Ordinanden des III. Jahrganges: Čede Jožef von Greis; Janežič Rudolf von St. Nikolaus bei Friedau; Novak Anton von St. Michael bei Schönstein und Palir Jakob von Bibika.

III.

Erlaß der k. k. Statthalterei ddo. 12. Juni 1894, Zahl 14.942

betreffend die Legalisierung von Documenten russischer Unterthanen.

Das k. k. Ministerium des Innern hat mit dem Erlasse vom 2. Juni 1893 Z. 1959/M. J. eröffnet, daß die russischen Consulate laut Mitteilung des k. k. Ministeriums des Aeußeren, von ihrer Regierung angewiesen worden sind, künftighin von allen bei demselben zur Legalisierung gelangenden, von Privatpersonen ausgehenden, nicht officiellen Documenten je eine Copie in den Consulatsarchiven zu hinterlegen, welche Bestimmung auch dann zur Anwendung zu gelangen hat, wenn diese Schriftstücke im Wege des Ministeriums des Aeußeren oder des Justizministeriums an das Consulat gelangen.

Dem zu Folge wird gleich bei der Ueberreichung des Schriftstückes die erforderliche Copie von der Partei beizubringen sein. Hievon wird das hochwürdige F. B. Ordinariat in Kenntnis gesetzt.

Wird der hochwürdigen Diöcesangeistlichkeit zur Darnachachtung mitgetheilt.

IV.

Einladung zur Theilnahme an dem socialen Unterrichtscurse.

Das Präsidium der Leo-Gesellschaft in Wien hat mit Zuschrift vom 2. Juni 1894 Folgendes zum Bekanntgabe an den Hochwürdigen Diöcesen-Clerus anher mitgetheilt:

Unter den Auspicien der Leo-Gesellschaft wird am 7., 8., 9., u. 10. August l. J. in Wien ein socialer Unterrichtscurs für Gebildete aller Stände abgehalten werden.

Es waltet hiebei die Absicht ob, durch eine Reihe zusammenhängender Vorträge allen Theilnehmern eine richtige Orientirung über die Hauptpunkte der heutigen socialen Frage zu ermöglichen und sie dadurch in den Stand zu setzen, daß sie, Jeder an seinem Platze zur friedlichen Lösung derselben einheitlich das Ihrige beizutragen vermögen. Der angeschlossene Stundenplan bietet einen genauen Ueberblick über Inhalt und Auf-

einanderfolge der in Aussicht genommenen Vorträge. An jeden Vortrag soll sich eine Discussion schließen, an welcher sich jeder Theilnehmer betheiligen kann, damit auftauchende Zweifel gelöst, allseitige Klarheit und volles Verständnis vermittelt werden können. Als Vortragende sind durchaus verlässliche Männer vom Fach gewonnen worden, die mit vollkommener theoretischer Erkenntnis der von ihnen zu behandelnden Fragen den praktischen Blick zur Scheidung dessen verbinden, was in des Lebens Wirklichkeit durchführbar ist und was der Verwirklichung nicht zugeführt werden kann.

In Deutschland werden sowohl auf katholischer wie auf protestantischer Seite ähnliche Course bereits seit mehreren Jahren unter großer Theilnahme besonders aus dem jüngeren Clerus und aus den Reihen der Theologiestudierenden abgehalten und es besteht kein Zweifel, daß diese Course viel dazu beigetragen haben, jenes eifrige und verständnisvolle Interesse zu fördern, welches der deutsche Clerus bezüglich seiner socialen Aufgaben bethätigt. Die Veranstalter des I. österreichischen socialen Unterrichtscurses geben sich der sicheren Hoffnung hin, es werde gelingen, auch aus dem österreichischen Clerus zahlreiche Theilnehmer an dem wohl vorbereiteten Unternehmen zu versammeln und durch diesen Unterrichtscurs etwas beitragen zu können zu einer gedeihlichen Lösung der großen Zeitfrage in unserem österreichischen Vaterlande.

Diejenigen, welche sich an dem socialen Unterrichtscurse in Wien zu betheiligen wünschen, werden gebeten, bis zum 30. Juli l. J. ihre Namen sammt Adressen unter Beilage von 2 fl. zur Bestreitung der Kosten desurses bei der Geschäftsstelle der Leo-Gesellschaft, Wien I., Annagasse 9 anzumelden. Falls die vorausgängige Bestellung einer Wohnung in einem billigeren und soliden Hotel gewünscht wird, möge dies gleichzeitig bekannt gegeben werden.

Socialer Unterrichtscurs in Wien.

Zeit der Abhaltung :

7. bis 10. August 1894.

Ort der Abhaltung :

Festsaal des katholischen Gesellen-Vereinshauses, Wien, VI., Gumpendorferstraße 39.

Stundenplan :

7. August (Dienstag): $\frac{1}{2}$ 9 Uhr Früh Vortrag über die Grundbegriffe der allgemeinen Gesellschaftslehre mit nachfolgender Besprechung.
 $\frac{1}{4}$ 11 Uhr Vortrag über die Grundbegriffe der Wirtschaftslehre mit Besprechung.
4 Uhr Nachmittags Vortrag über die Geschichte der Entwicklung der heutigen gesellschaftlichen und wirtschaftlichen Lage im Allgemeinen mit Besprechung.
 $\frac{1}{2}$ 8 Uhr Abends Versammlung der katholischen Gesellenvereine mit Vortrag über dieselben (in den Restaurationsräumen des katholischen Gesellenvereinshauses).
8. August (Mittwoch): $\frac{1}{2}$ 9 Uhr Früh Vortrag über Stand und Ursachen der Agrarfrage mit Besprechung.
 $\frac{1}{4}$ 11 Uhr Früh Vortrag über die Reformziele in der Agrarfrage unter besonderer Rücksichtnahme auf Oesterreich mit Besprechung.
4 Uhr Nachmittags Vortrag über Stand und Ursachen der Handwerkerfrage mit Besprechung.
9. August (Donnerstag) $\frac{1}{2}$ 9 Uhr Früh Vortrag über Reformziele in der Handwerkerfrage unter besonderer Rücksichtnahme auf Oesterreich mit Besprechung.
 $\frac{1}{4}$ 11 Uhr Früh Vortrag über Entwicklung und Stand der Arbeiterfrage und die Reformziele in derselben nach der Arbeiter-Encyclica Leo XIII. mit Besprechung.
4 Uhr Nachmittags Vortrag über den Socialismus mit Besprechung.
 $\frac{1}{2}$ 8 Uhr Abends Versammlung der christlichen Arbeitervereine mit Vortrag über dieselben (in den Restaurationsräumen des katholischen Gesellenvereinshauses).
10. August 8 Uhr Früh Vortrag über den Stand der socialdemokratischen Bewegung in Oesterreich und deren Bekämpfung mit Besprechung.

10. August $\frac{1}{2}$ 10 Uhr Früh Vortrag über die christliche Charitas und ihre besonderen Aufgaben in der Jetztzeit mit Besprechung.

11 Uhr Vormittags Vortrag über die besonderen socialen Aufgaben des Clerus in der Jetztzeit mit Besprechung.

Schlusswort.

Mit Rücksicht auf die Wichtigkeit der socialen Frage in der Gegenwart, und einer einheitlichen Thätigkeit aller Berufenen zur Lösung derselben im Sinne der katholischen Weltanschauung wird der Hochwürdigen Diöcesen-Geistlichkeit überhaupt, und besonders den Herren Seelsorgern an Industrieorten die Theilnahme an dem socialen Unterrichtscurse auf das Wärmste empfohlen.

V.

Diöcesan-Nachrichten.

Investirt wurden: Herr Blasius Cilensek, Pfarrer in Zagorje, auf die Pfarre Monsberg und Herr Jakob Lempl, Pfarrer in Ulimien, auf die Pfarre St. Georg in Stalis.

Bestellt wurden: Herr Jakob Lempl, Pfarrer in St. Georg in Stalis, als Dechant für das Defanat Schallthal, Herr Johann Novak, Pfarrer in Bidem, als Administrator des Defanates Mann, Herr Heinrich Verk, Pfarrer in Peilenstein, als Mitprovisor von Zagorje, Herr Johann Munda als Provisor in Ulimien, Herr Josef Krajnc als Provisor in Franz, Herr Josef Mesicek als Stadtpfarrprovisor in Mann und Herr Jakob Korosak als Provisor in Hl. Geist in Voče.

Wiederangestellt wurden die Herren Provisoren: Martin Žekar als Kaplan in Monsberg und Herr Johann Medvesek, als Kaplan in Stalis.

Ueberseht wurden die Herren Kapläne: Johann Jodl nach Franz, Johann Kinsky nach St. Lorenzen in der Wüste, Josef Kostanjevec nach Kerschbach, Anton Pintarič nach Maxau, Jakob Tajek nach Laaf und Jakob Vindiš nach Saldenhofen.

In den dauernden Ruhestand ist getreten Titl. Herr Franz Ferencak, F. B. geistl. Rath, Stadtpfarrer und Dechant in Mann.

Gestorben sind: Titl. Herr Anton Balon, F. B. geistl. Rath und Pfarrer in Franz, am 17. Mai im 66., Herr Georg Šabot, Defizientpriester in St. Lorenzen am Draufelde, am 19. Mai im 68., P. Albin Bregar, O. S. F., Guardian im Franziskanerkloster in Mann, am 21. Mai im 46., Herr Andreas Vodeb, Defizientpriester in Feldbach, am 9. Juni, im 69., P. T. Monsignore Franz Kosar, Hausprälat Sr. päpst. Heiligkeit, F. B. Konsistorialrath, inful. Dombdechant des F. B. Lavanter Domkapitels in Marburg, am 11. Juni im 71., Herr Valentin Stiplovšek, Pfarrer in Hl. Geist in Voče, am 15. Juni im 57. und Herr Franz Nendl, Kaplan in Vaporje, am 17. Juni im 44. Lebensjahre.

Unbesetzt sind geblieben die Kaplaneien zu St. Kunigund am Pachern, Mann, Vaporje, und Hl. Geist in Voče, sowie der zweite Kaplansposten zu Hochenedl.

F. B. Lavanter Ordinariat in Marburg,

am 20. Juni 1894.

† Michael,
Fürstbischof.

10. Punkt des Protokolls über die Verhandlungen zwischen dem Reich und dem Kaiserlichen Reichsminister für die auswärtigen Angelegenheiten, betreffend die Einsetzung eines Reichsministers für die auswärtigen Angelegenheiten, vom 1. März 1871.

Einsetzung eines Reichsministers für die auswärtigen Angelegenheiten

Der Reichstag hat beschlossen, dem Kaiserlichen Reichsminister für die auswärtigen Angelegenheiten, Grafen v. Bismarck, die Einsetzung eines Reichsministers für die auswärtigen Angelegenheiten zu empfehlen.

Dr. M. Schuler, Reichsminister für die auswärtigen Angelegenheiten in Weimar.

am 20. März 1871.

Dr. M. Schuler.

Dr. M. Schuler.